

**Leonhardi Aretini de studijs
et lris ad illustrē dnām baptis-
tā de malatesta tractatulus.**

Ompulsus crebro rumore admirabiliū virtutū
tuarū. scribere ad te constitui. v̄t ingenio illi de
quo tam ampla magnificaq; audissem vel gra
ularer iam p̄fectionē consecuto. vel certe ad eā
consequendā per meas litteras cohortarer. Ne
q; em̄ desunt mihi clarissimarū mulierū exēpla
que et studijs et litteris et doctrina claruerunt.

per quarū p̄memorationē te puocare ad excellentiā possim. Si
quidē Cornelię Scipionis africanę filię multa secula post ei⁹
mortem extabāt epistole elegātissimo stilo perscripte. Et Sa
phos poemata et libri summo in honore apud grecos propter
singularē facundiā et scribendi artem habiti sunt. Aspasia quo
q; per t̄pa socratis fuit doctissima quidē mulier. et eloquentiā
litterisq; p̄cellēs. a qua socratem plurimū se didicisse non pu
dicit cōfiteri. Fuerūt et alie quas referre possem. sed tū hec tria
satis estimo famosissimarū feminarū exempla retulisse. Ad illarū
igit̄ p̄stantiā queso mentē erige atq; extolle. Tantā em̄ inteli
ligentiā ac tam singulare ingeniū. nec tibi frustra datū. nec me
diocribus p̄tentū esse decet. sed ad summa spectare atq; adniti.
Et tua quidē laus illustrior erit q̄ illarū fuit. p̄terea q̄ ille se
culis florerebis. in quibus eruditorū hoīm magna superat co
pia. aut multitudo ipsa admirationē minuerit. Tu aut̄ his tē
poribus florebis in quibus vsq; adeo prolapsa sunt studia. vt
miraculi tam loco habeat videre virū nedum feminā eruditam.
Eruditionē aut̄ intelligo non vulgarem istam p̄turbatā. quali
vtuntur hī qui nunc theologiā p̄fident. sed legitimā illam ⁊
ingenuā. que litterarū peritiā cū rerum scientiā cōiungit. qua
lis in Lactātio firmiano. qualis in Aurelio augustino. qualis
in Hieronimo fuit. summisq; p̄fecto theologis. ac p̄fectis in lit
teratura v̄tris. Hunc vero qui scientiā p̄fidentur pudendū est
qui parū perficiāt litterarū. Atq; ego licet qua ianua volui nō
ingressus sum. p̄sequar tū sermonē. non quo te doceā aut dī
rigam. puto em̄ te non indigere. sed quo tibi quid ipse sentiam.
Innotescat. Nouam quidē excellentiā illam ad quā nunc te voco
contendētē. in primis necessariā puto. non exiguā. neq; vulgare
sed magnā et attritam. et accuratā et reconditā litterarū peritiā
sine quo fundamento nihil altum neq; magnificū sibi edificare
quisq; potest. Nam neq; doctoz scripta satis p̄spicue intelliget.

qui non ita fuerit pericia eruditus. Accipite siquid lris manda
bit nō ridiculus existimari. Ad hāc compandā tum p̄ceptio va
let. tum nostra multo magis diligētia et cura. Et de p̄ceptione
quidē vix quisq̄ attinet dicere: quis em̄ nescit tinctū esse opor
tere ingenii ⁊ quasi initiatū p̄ceptoris opa. vt nō solū pres tru
cturasq̄ earū. sed ⁊ minutiora illa ac velut elemēta orōis agno
scar. Uex hec tanq̄ somniātes in pueritia capimus. postea p̄o
ad maiora p̄fecti. nescio quo mō hec ipsa ad os reuocam⁹. vt
tunc demū illoꝝ succus saporq̄ verius exprimatur. Est aliud
ḡnis p̄ceptōis robustius. ne tam pueris q̄ adulter⁹ putile. eorū
s. qui grāmatici appellant: qui lōgo labore singula p̄secuti. di
sciplinā quandā litterarū effecerūt. Quo in ḡne Seru⁹ bono
ratus. et Pristianus cesariens⁹ haberi p̄nt. Sed oīa mihi crea
de supat ac vincit diligētia nostra. Nec em̄ non soluz verba et
syllabas. sed tropos et figuras. omnē ornatū pulcritudinemq̄
orationis aperit nobis atq̄ ostēdit. Ab hac informamur. ac ve
lut instituimur. deniq̄ per hāc multa discimus q̄ doceri a pre
ceptore vix p̄nt sonū. elegantia. concinnitatē. venustatē. Caput
vero huius diligētie erit ea in re primū. vt in eorum tm̄ librorū.
qui ab optimis p̄batissimiq̄ latinis ligue autoribus scripti lec
tione versetur: ab imperite p̄o inelegatēq̄ scriptis caueam⁹.
quasi calamitate quadā ⁊ labe ingenij nostri. Inquinata enim
ineptaq̄ scriptorū lectio vitia sua lectori affigit. et mentē simili
coinquinat tabe. est em̄ veluti pabulū cum quo mens imbuitur
atq̄ nutritur. Quā ob rem vt hij qui stomachi curam habent
non quēuis cibum illi infundunt. Ita qui sinceritatē animi cō
seruare velint non quāuis lectionē illi permittet. Erig igitur p̄
ma diligētia vt nihil nisi optimū p̄batissimūq̄ legam⁹. Sen
cunda vero vt hec p̄batissima nobis acri studio assistamus. vī
deat legens quo qd̄q̄ loco positū sit. quid designent singula. et
quid valent: ne maiora tm̄ sed minora discutiat. cū plures sint
orationis p̄cule. que sit vnaqueq̄ de scola cognoscat. consue
tudinem et vsum certe illarū ab his quos leget auctoribus re
portabit. Siue igitur sacris delectabit mulier sanitatem in lita
reris seruatura. Augustinum sibi assumet et Hieronimū: et si
qui sunt alij non dissimiles vt Ambrosius et Ciprianus car
thaginensis: Barime vero inter omnes qui de cristiana religio
ne vnq̄ scripserunt. eminent et excellit nitore quodā et copia.

Lactantius firmianus vir omni christianorum pculdubio eloque
tissimus, cuius faciundia ⁊ dicendi figura ingenium illud de quo lo
quor preclare instituere ac alere potest. Probo aut huius mart
me eos libros quos aduersus falsam religionem conscripsit. Itē
quos de ira dei et de opificio hoīs, quos lege queso si litteras
amas. Eorumq; suauitate quasi ambrosia et nectare imbuaris
Si qua preterea de Gregorio nazanzeno, vel de Joanne cri
sostomo, vel de magno Basilio grecis doctoribus trāssata sūt
ea legas censeo, modo qui traduxit et in latinū conuerterit illa
non aut peruerterit. Siue secularibus delectet Tullium accipiet
quem virum deus immortalis, quāta faciundia, quāta copia, q̄
pfectum in litteris, q̄ in omni laudis genere singularē p̄stiterit
admirari nemo sufficet, p̄ximus huic erit decus ac delitie litte
rarū nostrarū. Lūius Salusti⁹ deinde et alij poete ac scripto
res suo ordine subsequens, his se maxime imbuet atq; alet, cura
bitq; diligēter vt quoties ei loquendū sit aliquid vel scribendū
nullū ponat verbū quod in aliquo istorū nō ante reperit, quin
etiā concinna interdū voce legere iuuabit. Sunt em̄ nō in ver
su modo, verum etiā soluta in oratōe numeri quidā, et velut cō
centus aurium sensu dimensi et cogniti, flexionesq; et gradus ali
qui vt mō se demittat vox et modo se attollat, colaq; comata
et periodi mira cōcinnitate inter se cōnexa, que in optimo quo
q; scriptore apparēt. Ea igit cum alte leget manifestius ea de
prehendet, replebitq; aures velut armonia quadā, quā et senci
at postea scribens et imitabit. Illud p̄terea ex hac lectione con
sequit, vt verba suo tpe proferat, neue properet cū immorandū
sit. Volo insup ne sit scribendi ignara, nec tñ nunc de digitorū
motu (quanq; ⁊ ipm laudo si cui adsit) loquor, sed de litteris et
sillabis debite cōbinandis. Teneat igit quicqd scribendum sit,
que sit natura litterarū, et quarū in alteras transitio, que cosre
inter se littere possint, et que in p̄pinquū venire nequaq; patiant
Hec em̄ res quanq; pusilla, magnū tñ affert iudiciū discipline
nostre, et manifestā detegit ruditatē. Illud quoq; decantatū et
cognitū habere oportet, quanta sit vnaqueq; sillabarū, hoc est,
longa an breuis, an alterūtra. Est em̄ necessaria cognitio, cum
quia multa incedūt que aliter intelligi nō possunt, vt illud vir i
gillianū, Omnibus in mortē torisa comā pressa corona, ⁊ mltā

hincōi. tum quia felicitas summa est homini litteras sibi arro-
ganti sillabas tenere. p̄sertim cum non contemnēda pars lit-
terarū constet versibus aut pedibus. pedes autē longitudine bre-
uitateq; sillabarū. quas qui nō tenet quod ipse de se in eo gñe
polliceri. aut quē gustum in poetis habere possit. nō equidem
intelligo. In prosa quoq; oratiōe eadem ista cognitio scribēdi.
dictandiq; necessaria videt. Necq; em̄ si multitudo non sentit.
p̄pterea soluta in oratione pedes non insunt. Sed qđ delectat
aures. qđ sonus demulcet inde est. Refert em̄ multū vt aristote-
li placet. a quo incipiendū sit. et in quē finitendū. In medijs etiā
qui recipiēdi sunt pedes. et qui reijtiēdi. itaq; p̄bat ille quidem
peona maxime. Is autē est duplex aut em̄ ex longa quam tres
breues subsequunt. aut ex tribus breuib; cōstat. Hūc v̄rimū
ille clausulis putat. p̄ncipijs vero primū cōuenire. In medijs
quoq; hunc ip̄m pedem q̄ optime cadere. Dactilū vero in me-
dijs reijcit. alterū vt elatum nimis. alterū vt depressum. Cicero
autē in clausulis dīcorū probat maxime. qui est ex duobus tron-
cheis. Et crebriū qui est ex longa et breui. et longa. et peona il-
lum de quo supra dixi. In medijs autē si demisso humilicq; scri-
mone v̄temur. tambū maxime p̄uenire putat. Si ampliore. da-
ctilū. vel peona. vel dochiniū. qui est ex quinq; sillabis breuib;
et duabus longis. breui et longa. quē cunctis etiā in partibus
apte cadere existimat. Nec dubiū est alios in p̄tentionibus pe-
des. alios dum narzamus. alios dum cōquerimur esse frequen-
tandos. Ita em̄ ⁊ cōcitatio animi spondeū repudiat. Nihil em̄
nisi p̄perum ac rapidū amat. Contra vero dum aut narzamus
aliquid. aut docemus. moram et stabilitatē sermo deposcit. Ita-
q; pedes nō amat qui procliuiter curunt. Dis igit oratio suis
pedibus cōmouenda erit. quos si ignoret scribēs. velut in tene-
bris ambulet necesse est. nullo certo ductu. sed fortuitu gradiēs.
Erūt fortasse iam plures quibus mea ista cura nimis anxia vi-
deat. Sed meminērūt me de ingenio loqui magno et summa
omnia de se pollicēti. Quare mediocres incedāt v̄l reptent po-
tius vt possunt. Ad summū certe nemo perueniet. qui nō fuerit.
horū oim. et vsu certus. et disciplina imbutus. Denicq; hec mea
de litteris sentētia est. vt nihil ignoret qđ in vsu venire soleat.
et p̄pterea nitorem. elegantia. deliciasq; omēs in oratiōe sectetur.

sitq; illi ad omne scribēdi genus modus quidā et ornatus. ac
vt ita dixerim. habundātiſſima domi ſuppellex. quā promat cū
opus eſt et in lucem educat. Et quoniā eruditionē legitimam
ex peritiā litterarū ⁊ ſcientia rerum cōſtare dicimus. et quid de
litteris nobis placeret oſtēdimus. ¶ Addat nunc ſane illa p̄s
que ad ſcientiaz pertinet. Uolo igit̄ qđ huic ingenio qđ ſumma
mibi oīa de ſe pmittat ardētiffimaz cupiditatē ineſſe dicēdi. ita
vt nullū genus diſcipline aſpernet. nullum a ſe alienū exiſtinet
rapiat incenſu mirabili auiditate ad intelligentiā et cognitiōez
rerum. Huic ergo et ardētī per ſe ⁊ incitato partim ſtimulum
adhibebo. et meo inſup clamore adhortabor. p̄tim frenos incū
tiam. ac veluti receptui canā. Sunt em̄ diſciplinarū quedaz in
quibus vt rudem oīno non ſatis decōrū. ſic etiā ad cacumina il
larū euadere nequaquā glorioſum. vt geometria et arithmetica.
in quibus ſi multū tempus ꝑſumere piget. ⁊ ſubtilitates omēs
obſcuritatesq; rimari. detrahā manū atq; diuellā. quod idem in
aſtologia. Idem fortaffe in arte rhetorica inuitioꝝ de hac po
ſtremo dici. qm̄ ſi quiſq; viuentiū illi affectus fuit. me vnum ex
horū numero eſſe ꝑſiteoz. Sed multarū rerum habenda mihi
ratio eſt. et in primis cui ſcribam videndū. Quid em̄ ſtatūā ſub
tilitates et epicheematū cure ad illa que appellāt crinomena. ⁊
mille in ea arte difficultates mulierē conterant que forū nunquā
ſit aſpectura. Jam vero actio illa artiſtitioſa quā greci noſtri ꝑ
nuntiationē dixere. cui Demofthenes primas ⁊ ſecūdas ⁊ ter
tias tribuit. vt actori neceſſaria. ita mulieri nequaquā laboranda
que ſi brachiū iactabit loquēs. aut ſi clamorē yebementius atq;
collet. veſana cohercēdaq; videt. Iſta quidē virozū ſunt. vt bel
la. vt pugne. ſic etiā fori contentōes atq; certamina. Non igitur
ꝑo teſtibus neq; cōtra teſtes dicere addiſcet mulier. Neq; ꝑo
toꝝmētis neq; contra toꝝmēta. neq; ꝑo rumoribus. neq; ꝑtra
rumozes. nece ꝑmunibus locis exercebit. neq; interrogatiōes
bicipites. neq; reſponſiōes veteratoꝝias meditatib. totā deniq;
foꝝi aſperitatē vīꝝ relinquet. Quādo igit̄ calcaria adhibebo. qm̄
currentē incitabo. nū illis ſeſe dedit. que aut ad religionē diuī
nā. aut ad bene viuendū pertinet. Tunc ſe diffundauit. tūc ani
mā applicet. tunc die noctuq; inſiſtat obſecrabo. de quibus etiā
ſingularim̄ dicere baur quāq; ꝑſgebit. ¶ Prīmū igit̄ ſacrarum

litterarū cognitionē sibi requirere studeat. crīstiana mulier. quid
em̄ prius illi suadeam. multa de his acquirat. multa disceptet.
multa sciscitet. sed veteres illozū amet scriptozes. Nouos vero
si sunt boni viri. honoret illōs quidē ac veneret. ceterū eozū nō
nimis scripta attigat. Quid est em̄ q̄ litterata mulier ab Aug.
discere non possit? ab istis aut̄ quid possit? p̄sertim cum ille affe-
rat. orationē eruditā ⁊ auribus dignā. isti nihil afferant cur le-
gi mereantur. Nec sacris litteris contentā esse volo. sed ad secu-
laria deductā studia. videat qd̄ de his ad bñ viuendū excellen-
tissima philosophoz ingenia tradidere. que de continentia. de
tp̄antia. de modestia. de iusticia. de fortitudine. de liberalitate.
nec ignoret que sit de beata illozū vita sententia. Numquid ipsa
satis sit ad bene viuendū. an tormēta et carcer. et exiliū et pau-
pertas illam impediāt. Et si hec felici accidāt. nūquid miseruz
faciant? an auferāt solum felicitatē. miserā vero haut quaq̄ in-
ducant? Præterea an voluptate quoq̄ felicitas p̄sistit humana
vt Epicuro placuit? an inhonesto vt Zenoni? an in vsu virtu-
tis vt aristoteli. Nec mihi crede p̄clarissima sunt et dignissima
cognitione nostra. Nec ad vitā solam dirigendā vtilitatē affe-
rūt. verum etiā in omni sermōe admirabilem quandā. tum scri-
bendū tum dicēdū sup̄editāt copiam. Nec igit̄ duo. quozū alte-
rū ad religionē. alterū ad bene viuendū spectat. tanq̄ illi præci-
pua p̄posita erūt. Cetera vero ad ista referent̄. que possunt hec
ipsa vel adiuuare. vel quasi ornatū quendam illis afferre. Pro-
tinus em̄ excellētia hominis illa admirabilis. que vere inclitū fa-
ma nomen extollit. nō nisi ex multarū variarūq̄ sit cognitione
rerum. ita multa legēdo et discendo. multa carpere accumulare
q̄ oportet. cunctaq̄ omifariā scrutari atq̄ rimari. vnde nobis
ad studia nostra p̄uentura sit aliqua vtilitas. Sed sit ap̄ eaz
lectio diligēs. et circumspecta t̄pis impensio. vt portiora semper
cōmodioraq̄ p̄ponat. Placet ergo ad studia illa de quibus su-
pra dixi. in primis historie cognitionē adiungere. eamq̄ studi-
osis hominibus nullo mō negligendā. Est em̄ decorū tum pro-
prie gentis originē et progressus. tum liberorū populozū. regū
q̄ maximozū. et bello ⁊ paceres gestas cognoscere. Dirigit em̄
prudentiā et consiliū præteritoz notitia. exitusq̄ simillimi cep-
tozū. nos pro re nota aut hortant̄ aut deterrent. Præterea ex

emplorum copia quibus plerunq; illustrare nostra dicta oportet. non aliunde q̄ ab historia comodius sumet. Est etiaz ḡns scriptorū in ea quidē parte peregrinū sane atq; precellens. omni ornatu et nitore perpolitū. quos etiā ad vsum litterarū lege re operepretiū sit. **Liuiū** dico et **Salustiū Tacitūq;** et **Lurū** etiā et in primis **Cesarem** ipsum ⁊ res gestas suis cōmentarijs summa facilitate venustateq; explicantē. Nos igitur etiaz legemulier summe spei. et sibi acquirere perget. p̄sertim cū eos paradiscere ludus sit. Necq; em̄ subtilitas vlla in illis eruēda est. aut questio euocanda. in narzatione em̄ rerum facillimarū ois consistit versaturq; historia. quā si arzipuerit ingeniū illud de quo loquor. perpetue eius mēorie cohererebit. **Oratores** quoq; vt legere nō negliget suadebo: quis em̄ aut virtutes extollere: aut vitia fulmiare audentius solet. ab his et laudare benefacta: et detestari facinora addiscemus: ab his cōsolari: cohortari: impellere. que licet omia a philosophis fiant. tū nescio quomō ira et misericordia et ois animi suscitatio ac depressio in potestate sint oratoris. Jam vero illa verborū sententiarūq; ornamenta que tanq; stelle quedā et faces orationē illumināt ⁊ admirabile reddunt. instrumēta oratorum pp̄ia sunt. que mutuabimur ab illis loquentes scribētesq; ⁊ in vsum nostz cum res poscet vertemus: deniq; omnē opulentiā verborum: omnē dicendi vim et quasi ornatū omnem orationis (vt ita dixerim) viuacitatē et sanguinē ab istis sumemus. **Poetas** insup vt et legat et intelligat volo. quem em̄ summorū viroꝝ expertē huius cognitōis videmus: **Arestoteles** certe **Homeri Hesiodi Pindari Euripidis** ceterozūq; poetarum versus frequētissime ponit: tenetq; omnes mēoziter: ⁊ facillime reddit vt apparet illū non poetaz fore minus q̄ philosophozū studiosum fuisse. Apud **Platonez** quoq; poetarū vsus est frequētissimus: occurrunt q; illi vbiq; atq; vltro se offerūt: auctoritateq; illoꝝ sententiā suā sepe cōfirmat. Dixi de grecis. quid aut nostris? An **Licero** parū videtur fructus cognitōe poetarū: qui non cōtentus **Ennio** **Pacuiō.** **Actio**: ceteris nostris. qui grecoꝝ insuper poemata in latinū cōuertit. **Totozq;** suos libros illis respersit. **Quid Seneca** doctus p̄fecto vir atq; seuerus: nonne ipse poemata scripsit. et totus interdū statuerit versibus. **Dixit Augustinum**

Hieronimū Lactantiū Boetium. In quibus quanta cognitō
poetarū fuerit scripta eorū disputataq; ostendūt. *Dea* quide;
sententia mancus quodāmodo in litteris est qui poetas nō di
dicir. Nam de vita moribusq; percōmode multa sapiēterq; ab
illis dicta et nature gñationisq; principia et cause. et quasi do
ctrinarū omniū semia in illis reperiunt: et inest auctoritas ma
gna. ppter opinionē sapientie ac vetustatē: et splendor eximius
ppter elegantiam: et ingenuitas quedā liberis hominibus di
gna vt cui hec nō adsit pene subrusticus videat. *Quid* *Homes*
ro deest quo minus in omni sapientia sapiētissimus existimari
possit. Scius poesim totam esse doctrinā viuendi quidam osten
dunt: in belli tpa pacisq; diuisam: et in bello quidē que prouī
sio ducis: qui duc astus aut fortitudo militū: quod insidiarū
genus vel cauendum vel fatiendū: que monitio: quod consi
lium ab eo est p̄termissum. *Eneas* quondā prelij troyanorum
dux grecos magna vi impulsos in castra redegerat. cū itaq; au
datus vergeret ac iam totum agmen castrū obijceret. aduolat
ad eum *Hector* ac pedetētim de cūspecteq; agere monet. affir
matq; cum qui exercitū ducat non tam audacem q̄ cautū esse
debere. Quanti o deus immortalis hoc preceptū existimanduz
est. presertim ab hectorē audacissimo traditū. Id quidem etatis
nostre duces consiliū non seruantes. dum audacter magis q̄
caute in prelium ferunt. in magnā se et suos ruinam et cladem
prope miserabile iniiciunt. Apud eundem poetam *Iris* ad *Ae*
tridem missus cum dormitē reperisset corripuit illuz verbis
negatq; dormiendū esse viro. cui et populorū salus cōmissa sit:
et tantarū rerum incumbat prouisio. *Hoc* rursus q̄ sapiens est
siue preceptū: siue consiliū: siue monitionē appellare maius
Quid *Socrates* aut *Plato* aut *Pythagoras* maius impatori
consuleret. nō sanctius: decem milia sunt hmōi eius poete. que
referem perlubens nisi vererem prolicitatē. Inficitur autē sacros
libros esse legendos: nequaq;. Nec poete igitur respuēdi sunt
quia in illis interdum aliqua ad delectationem hominū scrip
ta reperiuntur. Equidem si quando *Didonis* *Eneę* amores
apud *Virgiliū* lego ingenium poete admirari soleo: *Rem* autē
ipsam quia fictam esse scio nequaq; attendere. quod idem mibi

accidit in alijs fictionibus poetarū. animū certe non mouēt q̄
fabulosas et aliud pro alio significātes intelligo: Ac em̄ cum
illa in sacris lego quia vera fuisse scio sepe inflector. Sed perti
nar ne ipse sum placet aliquid de iure meo remittere p̄sertim cū
ad mulierem scribam. Fateor ergo. vt populus in nobilitatem
plebemq̄ diuiditur. Ita inter poetas gradus quosdam esse dis
tinguitatis. Si quid igitur v̄a Lomico non satis argumēto pu
dico p̄cesserit: aut a Satyro vitium aliquod apertius expro
bratur. vt ne legat hec mulier ne ve inspiciat volo. sunt em̄ velu
t vulgus poetarū: Ac em̄ proceros illos Virgiliū dico et Se
necam et Statium ceterosq̄ h̄mōi non legerit. maximū sibi or
namentū sciāt deesse litterarū: Nec summā speret cui hec p̄
desit. om̄ino em̄ p̄stantia illa de qua loquor non nisi ex mul
tarū variarūq̄ rerum sit cognitione. Itaq̄ multa vidisse legisse
q̄ oportet et poetis et philosophis et oratoribus et historicis
et omnibus alijs scriptoribus operam impartisse. sic em̄ resul
tat plenū quoddam ac sufficiens vt copiosi: varij: vt ornati: vt
nulla in re vacui rudēsq̄ videamur. Adhibenda est insup litte
rarum peritia non tenuis neq̄ contemnēda. Nec em̄ duo sese
inuicem iuuant mutuoq̄ deseruiūt. Nam et littere sine rerū sci
entia steriles sunt et inanes. et scientia rerum quāuis ingens si
splendore careat litterarū abdita quidē obscuraq̄ videt. Quid
em̄ prodest m̄lta et pulchra scire: scireq̄ loqui de his cū digni
tate: neq̄ mandare litteris nisi ridicule posse. Atq̄ ita coniu
gata q̄d ammodo sunt peritia litterarū et scientia rerum. Hec
duo simul coniuncta veteres illos quorū memoriā veneramur
ad celebritatē nominis gloriāq̄ prouexere Platonē Demo
critum. Aristotelem. Theophrastū Varronem Liceronē Se
necam Augustinū Hieronimū Lactantium. in quibus omni
bus discerni vit̄ potest maior ne scientia rerum an peritia fue
rit litterarū Ut autem extremū concludam ingenii quod sum
ma omnia mibi de se repromittat his duobus fructum esse
oportere affirmo. Horumq̄ comparandorū gratia v̄ndiq̄ le
genda multa et coaceruanda esse. habendo tamen rationē ip̄is
vt paucioribus semp̄ vtilioribusq̄ incumbat nec aut nimis ob
scuris: aut parum profuturis occupet. Religionis et bene vi
uendi studia mibi precipua videri: Cetera vero omnia tanq̄

admiracula quaedam ad ista referri: que possunt vlt adiuuare vlt
illustrare. eaq; de causa poetis et scriptoribus et oratorib; alijs
inherendū. In litteris aut̄ prouidendū vt et p̄ceptio adsit inge-
nua. et peruigil solertia nec vnq; nisi optima p̄batissimq; lega-
mus. Habes meū de litteris studijsq; iudiciū. de quibus si for-
san aliter existimes facilliter cedam. Non em̄ quasi precipiēs ad
te scripsi. Sed quasi vn̄ de turba erga tuā excellentiā affectus
conferre volui tecum opinionez meam et currentē. vt aiunt. ad
gloriam cohortari. (Vale)

¶ Impressum Lipsicz per Baccalariū
wolfgangum de Bonaco. i. 4. 9. 6.